

ANNOTATA

homo homini debeat, illo veluti *paradigmate* docere voluerit. Non enim negare ipsum, quod ad boves lex illa spectet, argumentum, quod ex mente Apostoli hic facit, testatur. *Si homo ex sanctione divinâ tenetur alimenta suppeditare pecudibus, quarum ministerio in rebus œconomicis utitur: Multo magis idem officium debet hominibus, iis imprimis, quorum ministerio utitur ad salutem animæ. Sed prius constat ex allegata lege Deuteronomii. Ergo & posterius negari nequit.*

“ Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ θεῷ.

“ Non præcipuè sed ideo jubemur misericordiam etiam in ju-
 “ mentis exercere, ut eò magis eam noscamus in homines exercen-
 “ dam. Quintilianus v. 9. *Nec mihi videntur Areopagite, cum*
 “ *damnaverunt puerum, coturnicum oculos ejicientem, aliud judicas-*
 “ *se, quàm id signum esse perniciosissimæ mentis, multisq; malo futuræ,*
 “ *si adolevisset.* Homines, quos Deus à tutela sua destituit, dicitur
 “ habere velut pisces & insecta, quia Deus animantium ipsa tantum
 “ genera curat, homines etiam singulos, si tanti sint. Vide quæ
 “ hac de re φιλοσοφικῶς differit Maymonides duce dubitantium
 “ III. 17. Philo libro de sacrificantibus: Οὐ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀλογῶν
 “ ὁ νόμος, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν νέων καὶ λόγον ἐχόντων, ὥστε ἔ τῶν θυομέ-
 “ νων φροῦνίς ἐστίν, ἀλλὰ τῶν θυότων, ἵνα μηδὲν πείθοις χηραίνωσι.
 “ Philostratus vita Apollonii VIII. 9. Τῆς δὲ ἔχ ὑπὲρ τῶν λεόν-
 “ τῶν εἶπεν. Οὐ γὰρ ὑπὲρ θηρίων ἀγωγῆς σπαρδάσομεν, ἀλλὰ ἡνίασ-
 “ ῶσι τὰς τυρανίας διδάσκει. Non dissimile illud Æschinis contra
 “ Timocratem: Οὐ γὰρ ὑπὲρ τῶν οἰκειῶν ἐσπαρδάσειν ὁ νομοθέ-
 “ τῆς, ἀλλὰ βεβλόμενοι ἡμαῶς ἐπίσειν πολλὸν ἀπέχειν τῆς τῶν ἐλευθέρ-
 “ ρων ὑβρεως.

“ Ἡ δὲ ἡμαῶς πάντως λέγει.

“ Πάντων; est præcipuè: Sicut πάντως plerique.

Grotii athe-
 ismus de pro-
 videntia Dei.

Improba sunt, quæ hic ingerit Grotius, *Deum animanti-*
um ipsa genera tantum curare, homines etiam singulos, si tanti sint.
 Nam Individua etiam quæcunque animantium ac multo magis ho-
 minum, qualescunque illi sint, curari, scripturæ certa est senten-
 tia Job. XXXIX. 10. Psal. XXXVI. 6. Psal. CIV. 27. 28. Ps. CXLVII. 9.
 Matth.